

Nobilissime Amplissime & Prudentissime Vir,

Maxima voluptate primum ex Reverendo Johnsono, & ex Clarissimo Boenio <sup>deinde</sup>  
intellexi, minusculum meum literarium, tua manu Celsissimis  
Principibus exhibitum, benignis animis fuisse acceptum. Quanquam  
enim, tuis virtutibus & favore confusus, nihil unquam de felici  
dedicationis successu dubitaverim, neque ex diuturna mora  
quicquam mali fuerim ominatus: Attamen gratissimum fuit,  
ex ipsis tandem intelligere, hoc prospero rei eventu, me extra  
omnem obtrudatorij teli iactum iam ex voto esse positum.  
Verum cum prudenti tuo favore totum hoc beneficium mihi a  
Clementissimo Principe sit impetratum, fateor eternis obligationis  
vinculis me tibi in solidum esse obstrictum. Cumque nullis officijs  
me his exsolvendis unquam parem fore sciam, etiam atque etiam rogo, ut  
gratum animum, tanti beneficii perpetuo memorem, tenuis redolmenti  
loco habere digneris: mansurus, dum vivam —

Nobilissimae tuae Amplitudinis  
observantissimus cultor

Regius

Utrechti 28 Novembris 1646  
Stylo Juliano.

H. m.

Syphoclinus m. s. l.  
nr 100